



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

44. In Festo S. Bartholomæi, bipartita. Cim dies factus fuisset, vocavit discipulos suos & elegit duodecim ex ipsis. Luc. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Dei: Ne times, adhuc me sine dubio videbis. Hujus promissi effectum devotè cum expectaret, apparuit ei ipsa nocte quæ deceffit, & dixit: *Wilhelmus*. Et ille: *Ece ego Dominus. Veni*, inquit, *mecum*. Ibant ergo pariter usque ad montem altissimum. Interrogat sanctus, an sciret quò venisset. Ille dicit se nescire. Cui Bernardus: *Ad radices montis Libani venimus. Manebis hic, ego ascendam*. Interrogatur qua de causa velit ascendere? *Discreto volo*, inquit. Miratus ille, ait: *Quid vis discere Pater, quam nulli hodie in scientia scimus esse secundum?* Tunc ipse: *Nulla hic scientia, nulla veritatis cognitio, sursum scientia plenitudo, sursum notitia veritatis*. In hoc verbo montem conscendit, & ille expefactus est, protinusque occurrit illi vox illa, *Beati qui in Domino moriuntur*. Cumque visionem indicasset Abbati & Fratribus, eadem hora obiit Bernardum postea agnitus fuit.

In primis electurus Apostolos, Evangelii sui Testes & Pæcones, Ecclesiæ futuros Rectores, fidei & Religionis Parentes, Orbis Legislatores, Veritatis Doctores: *Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei*. Cella erat dignitas Apostolica de qua agebatur, sublimæ munus, sublimis requirens oratione perfectiones; oportune ergo locus excelsus à Domino deligitur ad id designandum. *Ascende in montem tu qui Evangelizasti Sion*, id est, ascende in verticem doctrinæ & vitæ; in verticem veritatis & pietatis; si tuo cupis muneri satisfacere, terrena despice, scande ad cælestia. Hoc scilicet vult insinuare Dominus, dum eligit suos in monte.

Cur in montem ierit Christus & pernoctavit in oratione.
Isa. 40.

Uterius, sciebat etiam opus Patris sui esse operarios in messem mittere. Quocirca dixerat: *Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate Dominum messis mittat operarios in messem suam*. Præcipuos ergo melleis hujus Operarios delecturus; Patrem rogat, ut electionem benedicat & dirigat, à qua Ecclesiæ tota dependebat felicitas. Nec leviter aut perfunctoriè hac de re agit cum Patre, sed erat pernoctans in oratione Dei, ait Evangelista. Totam impendit noctem in oratione Dei, sive in oratione ardentissima, cellissima, divinissima: quia agebatur de negotio quo tota nox sæculi cum tenebris ignorantia, erroris, idololatriæ, expugnanda erat, & eliminanda cum Satana Principe suo, Principe tenebrarum adventente luce veritatis & gratiæ cælestis. Agebatur de selegendis & mittendis Primogenitis filiiis lucis, qui, discussa caligine, orbem totum erant illustraturi: *Vos estis lux mundi*.

Matth. 9.

Matth. 5.

Psal. 75.

Sap. 7.

Totà igitur nocte in monte orat Christus, ut nocti amplius non sit locus, sed illud in hac electione à Patre impleatur: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*.

Equidem Christus Dominus, qui est, *Lumen de Lumine, Candor Lucis æternæ, Sapientia Patris*, non egebat aliâ directione aut luce in hac electione, nec egebat oratione, sed declarare nobis voluit quam fuerit sibi cordi nostra salutis, pro qua tam sæpe & tam prolixè Patrem est deprecatus, jaciens primordia nascentis Ecclesiæ, in qua salutem debebamus assequi. *Orat Dominus, non ut pro se obsecret, sed ut pro me impetret. Nam etsi omnia posuisset Pater in potestate filii: filius tamen ut formam hominis impleat, obsecrandum Patrem putat esse pro nobis, quia à deo vocatus est noster*, inquit S. Ambrosius lib 5 in Luc. Quid ergo pro salute nostra oportet nos facere, quando Christus pro nobis in oratione pernoctat? Virtutis Magister et suo nos informare exemplo, sed torpidi sumus & negligimus. Hinc dicebat S. Casarius Arlarensis non ita ergo, desideriam nostram arguens. *Orat misericorditer & non orat misericordia: prostratus in terra orat in cœlis, & non inclinatur egrotus: orat innocens: & non orat nequitia: orat qui peccatum non fecit, & non se prosternebat multum peccatis obnoxius: orat in cœlis & respicit pariter, & non orat rem negligens, sed in cœlis meretur accipere. Maxime vero hic orandum docet Dominus,*

dd 2 cum

Cōclusio. **C**lamare poterat tunc filiorum unusquisque *Pater mi, aterni, curvis Israël & auriga ejus*. Tu fluctuantium portus, clypeus oppressorum, cœco oculo, pes claudus Tu perfectionis exemplar, virtutis forma, speculum sanctitatis. Tu gloria Israël, læticia Jerusalem, unicum temporis tui decus, honor & delicia sæculi, oliva fructifera, vitis abundans, palma florida, cedrus multiplicata, platanus exaltata. Vas electionis & honoris in domo Dei, Vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso, solidum in fide & sanctitate, ornatum gemmis omnium virtutum & gratiarum. Tu Ecclesiæ fortissima splendidissimaque columna. Tu vehemens Tuba Dei. Tu dulcissimum Organum Spiritus sancti pios oblectans, de fides excitans, debiles portans, cuius medicinalis, manus & lingua morbos curabat, illa corporum, ista morum; cuius vita fructuosa, cuius mors pretiosa.

O Pater sancte, qui ascensiones in corde disposuisti in valle lachrymarum, quam feliciter ascendis de Claravalle in Montem Libani, *Montem candidationis*, plenitudinæ lucis, cellitudinæ claritatis. Ascendis mundo corde & manibus, in Montem Domini, ad divitias salutis, ad thesauros veræ sapientiæ, ubi parè puram videas veritatem, ubi unus tibi cum omnibus Sanctis Magister sit Christus, ubi omnes docibiles Dei. Trahe nos post te, & misericordie nostræ vallem misericorditer respice. Subvenit laborantibus, adesto periclitantibus, manum da ascendentibus, ut tecum Dei laudes decantare valeamus; in æternis montibus.

IN TESTO S. BARTHOLOMÆI.

LECT. 13. **C**um dies factus fuisset, vocavit discipulos suos, & elebipart. *git duodecim ex ipsis*. Luc. 6.

PARS I. **D**igna sunt consideratione quæ peracta leguntur à Domino in Apostolorum suorum electione, prout recitat Evangelium hodiernum. Non enim mystico carent, si examinentur.

om̄ negotium aliquod pietatis vel salutis est auspiciandum, ut adsperet ipse, & illud felix faustumque reddat. Sic si de ministris Ecclesie eligendis vel constituendis agitur, imitandum est hoc Domini exemplum. Hoc imitari sunt Apostoli dum in locum Judæ Matthiam subrogant, dum Paulum & Barnabam ad gentes dimitunt: *Ministrantibus illis Domino, & jejunantibus, dixit Spiritus S. Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes, & orantes, imposueruntque eu manus dimiserunt illos.*

Act. 13.

Cur in die & non in nocte Apostolos elegerit Christus.

Judic. 9.

Isa. 3.

Jud. 9.

Cur rudes & ignari

tos, ignobiles, inopes, ut hanc electionem non suis adscriberent meritis, sed gratiæ ejus voluntati. Potuit autem eos reddere subito frugiferos, instar Olivæ, Ficus, aut vineæ, ut Deo & hominibus fructus producerent suavissimos: *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi, ut eam & fructum afferatis, & fructus vester manent.* Olim dixerunt Ethnici ab unoquoque Deorum electam arborem; quæ eis esset dedicata, cujusque singularem gereret curam. Juppiter Quercum elegit, Apollo Laurum, Neptunus Pinum, Venus Myrtum, Juno Juperium. Minerva hanc electionem demerita interrogat Jovem, cur infructiferas arbores Dii sibi elegerint? Responsum verò accepit, ideo id factum, ut ipsæ arbores intellegant, non ob sua merita, sed ex mera Deorum gratia se electas, & Diis dicatas tanquam eorum Insignia. Certè hæc est causa cur Christus steriles & viles sibi adlegit Apostolos, ut ipsi non gloriarentur in se, sed ipse glorificaretur in eis; quia potuit eos sola sua electione reddere frugiferos. & toto orbe gloriosos, cum fructum non potuerint Dii suis conferre arboribus.

Tertio, non sine mystico duodecim elegerit. Cur citur, quos & Apostolos nominavit. Voluit enim ut Christus sicut erant duodecim tribus Israel, & duodecim Patriarchæ, è quibus populus Dei erat primogenitus, sic etiam forent duodecim Apostoli, quasi Patres totius populi Christiani Iterum, sicut annus duodecim constat mensibus, & dies duodecim horis, Solique lucem est Orbi fundens per duodecim Zodiaci signa: ideo etiam numero duodecim primos Prædicatores dixerit in mundum, per quos ipse Sol justitiæ mundo veritatis lucem impertit. Hanc rationem affert Venerab. Beda Joannis 6. Eandem profert Sedulius, comparatque quatuor Evangelistas quatuor anni temporibus. Sic enim canit de Evangelistis:

Quatuor hi Procere una ta voce canentes, Tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem. Sic & Apostolici fulges semper duodenus honoris Apex, numero menses imitatus & horas.

Plurimi autem numeri hujus mystici figuræ sunt in sacris literis. Quid aliud duodecim fontes in deserto præsignant, quam duodecim Apostolos doctrinæ aquas Orbi sterili fundentes? Quid aliud sunt geminæ duodecim in veste summi Pontificis, quam Apostoli Ecclesiam vestrem Christi illustrantes? Quid duodecim leones Throni Salomonis? Quid duodecim boves mare æneum portantes? Quid duodecim lapides ex quibus altare constructum? Quid duodecim fundamenta civitatis Dei & duodecim portæ? Quid duodecim stellæ coronantes mulierem amictam Sole? Quod duodecim sedes ad judicandum Israel? Quid duodecim Prædicator tabernaculum olim & Arcam Dei circumstantes? Fuit ergo hic numerus in honorem duodecim Apostolorum in Figuris etiam antiquis consecratus. Et hunc ita voluit observari Dominus in suis Apostolis, ut cum esset dimittendus per iterum Juda.

vi ad Ap. Romanum electi. Ioan. 15.

Christus. 12. elegerit.

Vide supra de his quæ dixi in festo S. Martini.

Secundo, cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegerit duodecim ex illis, inquit S. Lucas. Videtur quoddam diem expectari, ut designaret primarios filios & ministros lucis, & duodecim horas diei? O quam multi nocte cæcæ eligunt illos quos ad honores vel ministeria sublimia erigunt! Inducit enim eos ad electionem, non claritas virtutis, sed caligo & cæcitas passionis, Movenitur & diriguntur non à celesti luce, sed ab humana & terrena consideratione. Audi illud: *Ierunt ligna, ut elegerent super se Regem, dixeruntque Olive, impera nobis.* Videtur hæc electio primordially in luce & lance rationis expressa fuisse, consilium enim inierunt, & suffragiis communibus elegerunt arborem regali dignitati idoneam. Nam ejus liquore discipulos unguuntur, ut indicetur suavitas & misericordia, quam erga subditos debent ostendere; ejus quoque fructu non solum pascuntur homines, sed etiam illuminantur noctes. Denique merito præferunt Olivam, cujus liquor totus est medicinalis, & propterea significat Regem & Superiores omnes, non solum debere pascere, aut lucem præferre subditis, sed etiam mereri debere eorum vulneribus. Quapropter excusans se quidam ne fieret Princeps, dicit: *Non sum Medicus, & in domo mea non est panis.* Excusavit se quoque Oliva: *Num quid possum deferere pinguedinem meam, quæ Dii utuntur & homines, & venire ut inter ligna promoveam?* Excusavit se similiter Ficus & Vitis. Nec ultra urgent qui eligunt, sed à luce rationis divertentes ad caliginem extremæ cæcitatatis, Rhamnum eligunt in Regem, ad infructuosam arborem & infructuosam pessimam & nocentissimam principatum deferunt. Est enim Rhamnus spinosus fœtex, & arbuscula sentibus vicinisque contexta, quæ tenet qui quid attrigerit, & retentum vulneret, & vulneratorum sanguine delectetur, inquit S. Hieronymus in c. 2. Aggel. Interim principatum illa acceptas, & dicit: *Sub umbra mea requiescite.* Quam verò ombra, sive quam sub umbra sua quietem, protectionem, securitatem polliceri potest Rhamnus, quandoquidem qui sub ea latens, vix caput erigere, brachium porrigere, aut corpus movere queant, quin spinarum pungantur aculeis? Hæc est ergo pœna eorum qui aliquos eligunt, non solum infructuosos, sed & sibi ipsi postea nocituros.

Christus Dominus equidem elegit ad Apostolorum officium, & ea se infructuosos, ignaros, illiteratos

Jude, voluerit eum restaurari per electionem Marthæ; nec plures voluit eligi, ne alius numerus efficeretur. Unde S. Aug. tract. 27. in Joan. Non quia petrius unus, ideo duodenarii numeri honor dampnus est; nam in locum petrius alius subrogatus est. manifestus numerus consecratus; Se. Iudas excommunicatus, non duodenarium numerum violavit. Ipse deseruit Præceptorem, sed: eum ei apposuit successorem.

4. Cur hi 12 sunt vocati Apostoli. Quatuor, hos vocavit Apostolos, hoc est missos, inquit Legatorum, sicut dicit Tertull. lib. de præscriptionibus cap. 20. Ex discipulis duodecim præcipuos lateri suo Christus adlegavit, destinatos nationibus Magistros. Hi ergo erant velut Legati à latere, quos ideo Christus elegit, ut ad evangelizandum toto orbe postea mitteret. Hoc expressit S. Marcus, dicens: *Ascendens in montem, vocavit ad se quos voluit ipse. Et fecit ut essent duodecim cum illo. Et mitteret illos prædicare.* Addit quoque Marcus: *Et dedit illis potestatem curandi infirmitates. Et ejiciendi demonia.* Nempe miracula debebant eis fieri, tanquam sigillum missionis & legationis suæ. Hæc quoque erant arma, quibus dura ad credendum corda mox poterant expugnare. Moysi Virgam miraculorum dederat Dominus, in signum felicitatis legationis & potestatis sibi à Deo factæ, ad educendum populum de captivitate Ægypti & servitute Pharaonis. Et quid non effecit hæc virga, in aquis, in aëre, in terra; in omnibus elementis? Sic & Virgam virtutis suæ commisit Dominus Apostolis, quæ confirmarent doctrinam quam tradebant, & dominarentur inimicis Christi: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Adjuncta ergo fuerit prædicantibus Evangelium miracula, ut fidem verbis daret virtus ostensa, & novafacerent qui nova prædicarent: eumque pollicerentur regnum celorum, magnitudinem promissionum probare debebat magnitudo signorum. Quapropter S. Gregorius declarat similitudine, tunc miracula frequentiora forent, quam modò. Hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt, inquit ipse. *Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium miracula sunt nutrienda. Quia enim cum arbutia plantamus, sarnidus eis aquam infundimus, quoad usque eis in terra coaluisse videmus: at si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit.* Ita S. Gregorius hom. 29. in Evang.

Matei 3.

Psal. 109.

PARS II. De electione S. Bartholomæi. Matei 10. Luc. 6.

Matth. 10. **Act. 1.**

tur, sicut & in Actis Apostolorum, quia ad Christianam spectabat notitiam scire primatum Petri. De aliis vero non est dictum, secundus est iste, tertius ille, &c. quia dignitate Apostolatus erant æquales.

Cæterum, quia ordinariè Evangelistæ jungunt Philippum & Bartholomæum, existimatur nonnulli Interpretes Bartholomæum, eundem esse cum Nathanaël, quem Philippus adduxit ad Jesum, de quo & ipse dixit: *Eccce verè Israëlita, in quo dolens non est.* Cui Nathanaël: *Unde monasti?* Respondit Joan. 1. Christus: *Antequam Philippus te vocaret, cum esset sub senu, vidi te.* Fuert ille Nathanaël in aliquo loco longè distante ab oculis Christi, & occultè ibi quidpiam agebat remotis arbutis, forsitan orans, vel sacra lectioni vacans: nec potuit ille locus Christum latere, nec ipse Nathanaël, nec hoc ipsum quod agebat. Unde admittans Nathanaël se ita ab eo agnitum, pronuntiat: *Rabbi tu es Filius Dei, si hoc fueris tu es Rex Israël.* Non quòd agnovit jam ex tunc perfectè divinitatem Christi, sed excellentià quamdam Filium Dei nominavit, putavitque esse talem singulari adoprione, non essentia, ut vult sanctus Chrysostomus (cum Theophila, & aliis) distinguere confessionem hæc à confessione Petri, qui Filium Dei agnovit, & verè Deum. Hunc itaque Nathanaëlem eundem esse cum Bartholomæo, censuit Rupertus, Jansenius, Arias Montanus, cum aliis nonnullis; tum ob dictam rationem, quia solet conjungi cum Philippo, tanquam ab eo vocatus; tum quia Nathanaël erat proprium nomen, Bartholomæus verò nomen à Patre sumptum, ut sic idem quod Filius Tholmæi; sicut Barjona filius Jonæ. Tum denique, quia Nathanaël cum Petro, Andrea, Philippo vocatus est; ergo ad Apostolatum electus fuit sicut & illi, maxime cum fuerit à Domino collaudatus; tanquam verè Israëlita, verè sincerus, minime simulatus aut hypocrita, sed i columbinis moribus præditus, aptus proinde ad Apostolatum. Hæc sententia si vera est, consequenter dicendum foret Bartholomæum fratrem fuisse Philippi; & ideo per illum adductum fuisse ad Jesum, sicut & Petrus per Andream fratrem suum. Nam Nathanaëlem fuisse Philippi fratrem, docent multi Interpretes, inter quos S. Thomas, Hugo Cardinalis, Nicolaus Lyranus, Dionysius Carthusianus, & utraque Glossa, tam ordinaria quam interlinearis. Neque refert quòd S. Augustinus in cap. 1. Joannis dicat: *Dobere Nathanaël esse primum in Apostolis; Et nec mediis invenitur; nec ultimus in duodecim.* Quia per se in lege fuit, noluit illum Dominus inter Apostolos ponere, quia videt nos eligi ut confunderet mundanos. Non quaerit per Oratores Piscalorem, sed de Piscatore dicitur esse Inventorem. Ita loquitur S. Augustinus sed hæc ratio non est plena, nam Petrus legi peritum Dominus postea creavit Apostolum, sic cepit Nathanaëlem, ne penitus de deo sepe dicitur.

Quicquid sit, & quisquis fuerit Bartholomæus, perfectè securus est Dominum se vocantem & eligentem, potuitque illud Apostolicum dicere præ cæteris: *Eccenost reliquimus omnia, & secutus sumus te, quid ergo erit nobis?* Reliquit enim pro Domino non solum retia & naviculam, si piscator fuerit, ut multi volunt; nec solum infantem scientiam reliquit, si legis peritus fuerit, ut aliqui dixerunt; neque solum reliquit honores & nobilitatem, si nobilis fuerit, ut nonnulli etiam asseruerunt: sed reliquit & pellem, pro Christi amore passus excoriationem. Instar serpentis prudentem se ostendit, dum uractum foramen & cœli angustam viam sine impedimento posset ingredi, veterem deponit pellem, adepturus novam. Sciebat enim illud: *Kursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.* Quapropter paratus est illam relinquere in egressu hujus vitæ, maximo licet cum cruciatu & dolore, sciens quoddam pro mortali recipere immortalem, pro corrupta gloriosam & incorruptam, pro obscura pellucidam. Certe si olim pelles animalium regebant & exornabant tabernaculum Domini: multo magis Bartholomæi pelles adornat Ecclesiam Christi, & reddit eam gloriosam. Sic potest & ipsa dicere: *Nigra sum, sed formosa: sicut Jerusalem sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Quasi dicat: Fateor, quod multis persecutionibus foris vexata, subnigra sum cute & pelle, & velut contemptibilibus possum videri inuentum tantum quæ forinsecus sunt: sed si quis perspicacius rem considerarit, formosa sanè sum & Martyrium exuviis adornata, velut tabernaculum pelibus Salomonis. Gloriosi certè Sebastiani pelle undique telis confixa Vincentii & Laurentii adusta, Blasi pectinibus ferreis dilaniata, Stanislae membratim concisa, sed divinitus redintegrata, Theodoti ungulis ferreis dilacerata, Quintini calamis acutis & hastilibus perforsa: Agathæ & Barbaræ mamilla amputata vel avulsa: sed maxime gloriosè pelle Bartholomæi excoriata, qui cæteris Dux fuit ad martyrium & agonem crudelissimum.

Hæstia quæ offerrebat olim in sacrificium pellicis erat detrahenda, prout præscribitur in Levitico: In hostiam & victimam perfectam debebat offerri S. Bartholomæus, ideo gavilus est pellem sibi detrahi, eamque ob causam dicimus eum omnia reliquisse, ut perfecte sacrificaret se Domino, perfecteque eum sequeretur. Joseph relinquit pallium adulteræ mulieri, volens Deum offendere: Adolescens Evangelicus relinquit synagoga, volens detineri Samaritana relinquit hyrriam apud puteum, ut liberius abeat Christi promulgata gloriam. Bartholomæus quoque in tanto adultero relinquit pellem, ne divinam incurrat obprobria, relinquit illam persecutoribus suis, ne remota sit libi nunciari ad legendum Dominum: relinquit eam, ut liberius abiens possit ubique gloriam Dominum prædicare, & ut nudus nudum sequatur crucifixum, cujus stigma

ra & characteres ejus carni inscribuntur profundè, tanquam electæ arbori detracta cortice. Hi characteres & hæc decorticatio symbola sunt dilectionis illius perfectæ, de qua in Canticis: *Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Quasi dicat: Adeo speciosa est & pretiosa gemma charitatis, ut omnia ejus respectu quasi nihil computanda sint, & omnia quæ desiderari possent, ei non valeant comparari. Quapropter homo pro illa conservanda debet esse paratus omnem substantiam domus suæ dare, hoc est omnes facultates suas, ipsum vitam, & proprium corpus, quod vehit domus animæ est. Considerans ergo S. Bartholomæus pretium & valorem divini amoris, omnia sua pro illa dedit, temporalia relinquens & vitam, corpusque suum & animam impudens, ut amorem illum conservaret, & declararet. Sic expoliavit se Ionathas, & dedit tunicam suam David in signum dilectionis, multo magis dilectionem suam probare cœteris Bartholomæus erga Christum Dominum, dum expoliatus se tunicam suam, hoc est pelle corporis sui propter Christum, eam in pignus amoris ei offert, & lavat eam in sanguine suo.

Cæterum paulo altius a nobis repetenda est occasio tam crementi martyrii, tamque atrocis excoriationis S. Bartholomæi Rembe compendio enarrat Breviarium Romanum 2. Augusti: Bartholomæus Apostolus Galilæus, cum in Italiam egeret, quæ et in orbis terrarum sortitione ad prædicandum Jesu Christi Evangelium convenerat, progressus esset, advenitum Domini Jesu juxta S. Matthæi Evangelium illi gentibus prædicavit. Sed cum in ea provincia plurimos ad Jesum Christum converterisset, multos labores calumniasque perpassus, venit in majorem Armeniam ibi Olympium regem, & conjugem ejus, ac præterea duodecim civitates ad Christianam fidem perduxit. Quæ res in eum magnam invidiam concitavit illius gentis sacerdotum. Nam usque adeo Abyssagem Polymii Regis fratrem in Apostolum incendierunt, ut vivo Bartholomæo pellem crudeliter detrahi jussisset, ac caput absciderit, quo in martyrio animam Deo reddidit. Ita Breviarium. Addunt aliqui, priusquam ei pellicis detraheretur, fuisse sulcibus eam & cruci suffixum. Ita Nicephorus, Lippomanus, Surius, & alii. Ex his nonnulla mortalia documenta delumit possunt.

In primis hic consideratione dignum est, quam vacis Deus prestaturis, tormentis, martyriis, excoriationibus suis, tum ut eorum proferret illam dilectionem, tum ut eos nobis exhibeat in exemplum patientiæ & virtutis, fideique per dilectionem operantis. Quapropter dicit Apostolus: *Sancti per fidem vitam vixerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones.* Subdit postmodum Aristobolus: *Alii enim dissentiant, ut contunderentur instar tympani, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem, hoc est, nolentes ab illis*

Matt. 19.
S. Barth. præ reliquit omnia reliquit.
Job 19.
Cant. 1.
Ecclesia pelle S. Barthol. gloriosatur.
Levit. 1.
Gen. 39.
Marc. 14. Joan. 4.
Dilectio S. Barth. er- ga Christum.

Cant. 8.
1. Reg. 18.
Occisus tam atrocis
Martyrii
S. Barth.
1. Reg. 18.
Occisus
Martyrii
S. Barth.
Occisus
Martyrii
S. Barth.

illis supplicis liberari, que facile possent vitare, si tyrannis vellent obedire; quia adspiciabant ad memorem vitam, quam esset illa qua privabantur. Ad- dit denique: *Alii scilicet sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circueverunt in malis, in pellicibus caprini, egressi, angustiati, afflicti. quibus dignus non erat mundus: hoc est affligebantur ut malefici, viles habebantur vestiti more rusticano & indumentis villosis & hirsutis; atamen tales & tanti erant apud Deum, ut mundus eos habere non mereretur.* Pleraque hic ab Apostolo de vartis dicta, uti Apostolo Bartholomæo competunt, si singula examinare voluerimus. An non per fidem vicis regna, dum in regno Iudæe ceteris adeo multos conver- tit? Dum etiam in Ardenia Regem Polymium cum civitatibus suis ad fidem perduxit? An non *Castra vertit exterrorum, obsuravit ora leonum*, dum ora- cula dæmonum mutafecit, & delubra, de quibus quasi castris suis virtutem suam exeret, everit & inania reddidit.

ita sunt indicio divini splendoris, & Benevolentiam ad Regnum Neapolitanum translata, ubi diu cultu debito fuisse honorata. Tandem ab Orthone Im- peratore Romam portata fuit, & in Tiberis Insu- la collocata, Ecclesia ibidem dedicata ejus nomi- ne. Agitur autem Romæ festus dies 15. Augusti, quia eo die translatio facta fuit. Aliæ autem Ec- clesie festum diem colunt martyrii ejus qui fuit 24. Augusti.

Claudius à Roma in Legendâ.

Baron. annos ad martyrol.

An non denique Bartholomæus circuevit orbis partem, egress, angustiatus, & afflictus, cum tamen dignus eo non foret mundus? vestes ejus & sanda- lia per viginti sex annos dicuntur non fuisse attrita, instar vestium illarum & calceamentorum, quibus Israëlitæ circueverunt annis 40. per desertum. Cen- ties quoque in die, centiesque in nocte genua in oratione flectebat. Varias denique peragrabat Pro- vincias egressus, quia opes desepuebat terrenas, ut nu- dus nudum sequeretur Christum, pro cuius etiam amore paratus fuit pelle denudari, & crucem pati- tandemque inter illos numeratus est, qui in *oculos gladii mortui sunt.*

Alterum morale documentum ex historia S. Bar- tholomæi elicitur, considerando conversionem Po- lyonii Regis, quam mox secuta est non solum con- versio totius familie Regiæ, sed etiam duodecim civitatum cum populis vartis. Hic nempe elucescit, quam verum scilicet S. Fulgentii Epist. 6. ad Theo- dorum: *Fis, ut, qui sunt in saculi culmine constituti, aut secum plurimos perdant, aut secum multos in via salutis acquirant.* Nimirum, sicut magis na- ves multas secum cymbas colligatas trahunt; & si mergantur, illas etiam secum mergunt: sic contin- git & potentibus, ut non solum pereant, sed multos secum in perditionem pertrahant. Ideo dicitur: *Gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* Qui sunt gigantes gementes sub aquis, nisi poten- tes & magnates mole negociorum quasi aquarum oppressi? Merito gemunt isti: tum in præsentia an- xii curis distenti, tum in futuro, quia aquis crebris merguntur inferioris abyssi. Sed non solum gemunt, verum etiam illi, qui habitant cum eis, hoc est, qui eorum ministerio & negociis sunt involuti, quia & hos secum trahunt in abyssum & perditionem. Quod si verò Magnates per aquas varias negociorum & curarum ad portum contendunt, tandemque ap- pellunt, etiam secum trahunt eos, qui sibi colligan- tur, nec soli salutem consequuntur. Eorum nimirum exemplum prævium & auctoritas multi- tis persuadere potens est & Dei virtutem, & fidem veritatem.

2.

Job 26.

8.

Tertium documentum ex dictis elicitur; quam scilicet verum sit illud Domini: *Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim sparare hominem adversus patrem suum, & filium adversus matrem suam: & inimici hominis domestici ejus.* Multis pos- set exemplis declarari, quomodo filii adversus pa- trem, & filia adversus matrem, ob diversitate fidem extirperant, quomodo parentes filios vultibus au- rant.

2. Mas. 6.

Ossa S. Barth. miraculosa. Greg. Tur. li. de gloria S. Bar. 2. 34.

An non *disertus est & scitus*, crudelissimeque in- stat tympani extensus; sive dum primum sustibus contusus est, sive dum postmodum atrociter pellicti detracta est; Dicere ergo de eo possumus, quod dicitur de Eleazaro: *Voluntarie præbat ad Tympanum.* Sic enim legunt Græca, pro eo quod nos habemus: *Voluntarie præbat ad supplicium.* Erat enim quoddam tormenti genus, quod Tympanum vocaban- tur, in quo homines distendebantur, instar tympanorum, ut sustibus contunderentur. Sed Ecclesia gloriatur modò de pelle Bartholomæi, tanquam de tympano, quo fugat hostes, hoc est dæmonia. Unde potuit majori dicere ratione S. Bartholo- mæus, quod olim Zischa Tyrannus suis Bohemis: *Post mortem meam volo ut pelle mea tympanum constituatur, quo contra hostes ad prælium procedatis: illi enim vel solo illius sonitu terrebuntur.* Hoc ex intolerabili dicebat arrogantia, quia in bello felix semper fuerat. Sic & Rex Angliæ Eduardus I. ex- pertus quantum præsentia sua contulisset felicita- tis in bello diuturno contra Regem Scotiæ moriens obstrinxit filium juramento solemni, quod se mor- tuum mox bulliret ad separanda ossa à carne, quod- que ossa illa continuo deferret in præliis contra Scotos. O arrogantem infamiam! O infamem arro- gantiam! Interim Ecclesia non sine pietate ossa San- ctorum colit, & illis gloriatur contra hostes spiri- tuales, eorum sepiissime experta potentiam & gra- tiam, quotidianisque miraculis ea à Domino illu- strari intuens. Quod & de S. Bartholomæo ossibus pernotum est, quæ cum ab infidelibus in mare de- jecta forent cum arca plumbea, in qua non conclu- debantur, divinitus aquis subvehentibus illam ar- cam) ad Insulam Siciliæ, Liparis dictam pervene- runt; ac ibi revelatione divina à Christianis susce- pra sunt honorifice, exadificato eis templo. Post- modum Saracenis rursus ejus sepulchrum violan- tibus & sacra hæc ossa dispergentibus, monente S. Bartholomæo, à quodam viro Religioso recolle-

ad tormenta tradidit, ut de S. Barbara, Christiana, & aliis pernotum est. Hic autem videmus quomodo frater a fratre separatur. Altyages a Polybio, dum Bartholomæum ita crudeliter persequitur ob fractis conversionem, dum in illum crudelitas omne virtus effundit, quia in fratrem vires forent manes. Sic & illud Domini agnoscitur: *Duo erunt in agro, unus assumetur, alter relinquetur: Duo in lecto, unus assumetur, alter relinquetur. Etc.* Duo ejusdem familiaris, ejusdem sanguinis & ortus hic reperitur, duo ex eodem utero prognati fratres, quorum unus Dei provida dispositione ad divina gratie forem & fidei lucem pertingit, alter in tenebris infidelitatis relinquitur, inimicus luci & gratiæ, dum a S. Bartholomæo illam oblatam respuit. Insuper etiam atrocitate cæcus contra manductorem, naufragus contra gubernatorem, æger contra medicum & vivificantem: ideo in cæcitate hæret, in naufragio perit, in morte permanet. Hic ergo relinquitur, dum interim frater assumitur, illuminatur, vivificatur & salvatur.

Cōclusio. **G**ratias Tibi Domine Jesu Christe, Salvator pro nobis totas noctes in oratione agere dignatus fueris: quodque post orationem duo decim Apostolos elegeris ad propagationem nostræ salutis, eos constitutus Angelos pacis, Ministros veræ lucis, ad annuntiandum toto orbe Evangelium pacis, & ad illuminandum eos, qui sedebant in tenebris & in umbra mortis. Sed & speciales tibi debemus gratias pro vocatione & electione S. Bartholomæi Apostoli, per quem voluisti nobis esse manifestum, quantum oportet pro nomine tuo pati & quanta sit vis dilectionis omnia propter te relinquentis, omnibus pro amore tuo lese expoliantis. Fac nos igitur ejus exemplum imitari, ejus dilectionem imitari, terrena despiciendo, & propter te propriis nos ipsas passionibus exuendo. Sic nobis ipse instar virgæ Jacob decoratæ, & prope canales positi, ut concipiamus similem fructum, hoc est, fervens desiderium tibi serviendi, pro te patiendi, corticemque rerum mundanarum despiciendi, ut tandem vestias nos veste immortalitatis, veste gloriæ & incorruptionis, vestimento æternæ lucis.

IN FESTO S. AUGUSTINI.
18. Aug. Lect. 44. *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Eccl. 30.*

PARS I. **I**n Nelytus Propheta Jeremias, jussus fuit à Spiritu Sancto descendere in domum figuli, ut audiret ibi verbum Domini. *Et descendit, inquit ipse, & ecce facinus super rotam, & dissipatum est vas quod faciendum erat à luto manibus suis. Et conversus fecit quasi vas alterum, sicut placuerat in oculo ejus. Et factum est ad me verbum Domini: Ecce sicut lutum in manu figuli, ita est vas in manu mea domus Israel. Ingredia-*

mur & nos hodie mentis consideratione in domum figuli. At cujus figuli? Utrique in domum illius figuli, qui ex altitudine sapientiæ & potentie suæ novit ex eodem luto vasa effingere: quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam, quædam vasa electionis, quædam abjectionis; quædam in ministerium, quædam in interitum. Ingressi hujus figuli officinam invenimus ipsum fecisse vasa quoddam luteum, fervens contumeliæ & immunditiæ pro aliquo tempore; sed postmodum arte & potentia sua illud ita transmutasse, ut in honorem esset & gloriam; *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Illud quoque proprius contemplantes, possumus dicere: *Vas ad mirabile opus excelsum.* Hoc vasis Symbolo Augustinum designo, cujus hodie memoria in benedictione est. Qui cum videretur in ætatis flore, quasi vas iræ & ignominie, non nisi virgam ferream operiri debere: Digno Dei & mutatione dextere excelsi, statim in vas gloriosum transmutari visus est in vas admirabile & aureum, omni virtute præfulgidum, administrandum sapientiæ & gratiæ divinæ pretiosa dona immensa Domini. Repetamus hæc paululum ab alteri principio, & videamus quomodo à luto foedissimo inchoans, descendit in aurum pretiosissimum.

Admirabilis & famosa est Statua illa quam vidit Nabuchodonosor, cujus *Caput ex auro optimo, Pedes autem ex Brachia ex argento, Venter & femora ex ære, Tibia ferrea & pedum, quadam pars ferrea, quadam stibila & lutea.* Hæc, si literaliter velimus interpretari, dicemus significari Principatum hujus sæculi inconstantiam & mutabilitatem, illius quidem dispositione, in cuius manu sunt corda Regum, & Spiritus Principum; illius voluntate qui *ludat in orbe terrarum*, ab uno in alterum regna transfrens. Illa modò reddit felicissima & gloriosissima, quasi aurea; modoque eis aliquid demit gloriæ & felicitatis, ita ut ab auro in argentum, & ab argento in æs ferreum videantur deficere; ac tandem in lutum & favillam omnis eorum gloria redigatur. Quod si mysticum & moralem sensum in hac statua sequimur, dicere mihi liceat significari inconstantiam & instabilitatem eorum, qui in regno & via Dei & a perfectione resiliunt, quod non paucis contingit. Cum enim aureum habuerint initium, purum scilicet charitatis fervorem; paulatim ab illo deficientes deficient ad argentum; deinde ad æs & ferrum, dum fiunt duri ad salubriora consilia, interioreque Dei percussione; tandemque ad lutum convertuntur, totum voluptatum cæno immerfi, & *Cum spiritu carperint, carne consumuntur.* Ego verò dum de Augustino nostro dicere ordior, di versam animè Regiæ illi & Prophetica Statuæ ad veram vobis enigere Statuam gestio. Quare ad veram? Quia *Caput ejus ex luto est*; per quod initium adolescentiæ ejus designo, *Pedes & venter ex ære & ferro*, juvenutis ejus progredium intelligo.

Pedes